IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Seite 476
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ecce ego demetam posteriora baasa. et posteriora domus eius. quia finem hominis in peccato suo morientis diiudicabo. Et faciam domum tuam. sicut domum hieroboam. dicendo in die iudicii omni reprobo corpori. Discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est diabolo et angelis eius. Mortuum incantate de baasa comedent canes. quia spiritu confusione superbie corruptum uiciis omnium lamabunt dentes. Mortuum ex eo in regione. uolucres celi comedent. quia spiritu superbie dedecorum. de corpore eductum. spes maligni deglutient. Reliquiae sermonum baasa. et quecumque fecit et plura eius. nunc hec septa sunt in libro uerborum dierum regum israel. Sermones baasa. et opera. et plura eius in libro describunt. quia uerba. et opera. et cogitationum plura. de superbia edita. in conscientia hominis denotantur. uiri secreta hominis in fine manifestata iudicantur. Baasa cum patribus suis dormit. quia superbie corruptio. cum suis incentoribus. maligni spiritus. ad mortem tendit. In thersa sepelitur. que placens dicitur. dum in gehenna quia pro arbitrio anima sortitur. etenim morti propter superbiam addicitur. Hela filius baasa per eo regnat. qui maledictus sonat. cum superbia castrimargia sequitur. per quam homo deceptus maledicitur. Hieu filius anani propheta baasa occidit. quia sermo propheticus gladio superbie in homine configitur.

Anno uicesimo sexto sequitur. Asa regis iuda. regnauit ela filius baasa super israel in thersa. duobus annis. et rebellauit contra eum seruus suus hamri. dux medie partis equitum. Erat autem ela in thersa bibens. et temulentus. in domo arsa. per fec[illegible] u thersa. Ingressus hamri percussit et occidit eum. anno uicesimo septimo asa regis iuda. et regnauit pro eo. Cumque regnasset et sedisset super solium eius. percussit omnem domum baasa. et non reliquit ex eo mingentem ad parietem. et propinquos et amicos eius. Deleuitque iam omnem domum baasa. iuxta uerbum domini. quod locutus fuerat ad baasa in manu hieu prophete. propter uniuersa peccata baasa. et peccata helam filii eius. qui peccauerunt et peccare fecerunt israel. provocantes dominum dominum israel in uanitatibus suis. Reliqua autem sermonum helam. et omnia que fecit. nonne hec septa sunt in libro uerborum dierum regum israel.

Reuela inquit dauid oculos meos. et considerabo mirabilia de lege tua. In preuaricatoribus iuris israel regibus primus ille parentis figuratur. qui uoce creatoris cuncta sub celo creata plantauit. sui dominii mandata preuaricatur. Quod asa rex iuda domino placitus his imponitur. hoc latenter per spiritum sancti innuitur. quod per aspirationem domini patris per sua innocentia placentium primi preuaricatoris peccatum quandoque diluatur. Hela filius baasa super israel duobus annis regnat. cum castrimargia. cibi et potus nimietate. spiritum et carnem aggrauat. Contra hunc seruus suus hamri rebellare scribitur. qui lacessiens ut amaricans dicitur. quia luxuria castrimargiam insequitur. quem tamen ei tota familia [illegible] mate obsequitur. Cum enim uentris cibis distenditur. luxurie flamma primus accenditur. hamri dux medie partis equitum describitur. quia luxuria in parte carnalium uiciorum preparatur. Erat autem hela in thersa bibens et temulentus. in domo arsa per fecit thersa. Hela in thersa bibens. temulentus efficitur. cum castrimargia. in uoluptate carnis sue placenta. cibi et potus nimietate. mutus ratione preuatur. In domo arsa quod sol dicitur. per quem letitia prosperitatis figuratur. in qua gula ubius